

REGULA

sunt 29600. Hinc patet si utroq; posito majore prima differentia major sit quám secunda exemplum falsum esse.

18. *Si uterq; positus vero numero minor est, prima differentia major est quám secunda.*

Positi igitur utriusque minoris exemplum quoq; hic repetatur.

180	200		
	20	—	900
	40	—	800
			100

Dico primam differentiam 900 esse majorem secunda 800. Primum enim per 16 p. hujusmodi differentia inter se inæquales sunt. itaq; nisi 900 major sit quam 800, oportebit 900 esse minorem quám 800. idcòq; ex thesi 900 + 100 erunt 800. idcòq; per 17 p. 7 lib. elem. Euclid. $\frac{200}{800}$ erunt $\frac{200}{900} + \frac{200}{1000}$. jam per 15 p. ut 100 ad 900 sic 20 ad 180. ergo per 19 p. 7 lib. elem. Eucl. $\frac{180}{1000}$ erunt $\frac{200}{900}$. quare per additionem æqualium ad æquales $\frac{200}{900} + \frac{200}{1000}$ erunt $\frac{180}{1000} + \frac{200}{1000}$, seu ex thesi & per 17 p. 7 lib. elem. Eucl. $\frac{200}{1000}$. ergo á primo ad ultimum $\frac{200}{800}$ erunt $\frac{200}{1000}$. ergo per additionem modò æqualium, modò inæqualium ad æquales $\frac{200}{800} + \frac{200}{800}$ erunt $\frac{200}{1000} + \frac{200}{800}$: é diverso autem $\frac{200}{800}$ erit minor quám $\frac{200}{1000} + \frac{400}{800}$. Nunc per primam vulgatam differentia inter $\frac{400}{900}$ & $\frac{200}{800}$ est $\frac{200}{1000}$. ergo aut $\frac{200}{800}$ erit $\frac{200}{1000} + \frac{400}{900}$, aut $\frac{400}{900}$ erit $\frac{200}{800} + \frac{200}{1000}$. Primum esse nō potest: nam demonstravi $\frac{200}{800}$ esse minore quám $\frac{200}{1000} + \frac{400}{900}$. sequitur igitur ut $\frac{400}{900}$ sit $\frac{200}{1000} + \frac{200}{800}$ hoc est, ut patuit, $\frac{200}{800} + \frac{200}{800}$. sed per 14 p. 20 + 20 sunt 40. ergo per 17 p. 7 lib. el. Eucl. $\frac{200}{900} + \frac{200}{900}$ erunt $\frac{400}{900}$. ergo $\frac{200}{900} + \frac{200}{900}$ erunt $\frac{200}{800} + \frac{200}{800}$. Aequalibus igitur equaliū dimidiis $\frac{200}{900}$ & $\frac{200}{800}$ inter se æquabuntur: idcòq; per 19 p. 7 lib. el. Eucl. ut 20 ad 20 sic 800 erit ad 900. æqualibus igitur 20 & 20, æquari quoq; inter se 800 & 900 necessum est. At ex contradicente 900 minor est quám 800. idem igitur numerus eidem nume-